

Koch

Epistola

1738



P 540.



22 46

P 540.

EPISTOLA GRATVLATORIA  
 QVA  
 VIRO CLARISSIMO  
 M. IVSTO ISRAELI BEYERO  
 ADVOCATO ELECTORALI SAXONICO  
 ET IN ALMA FRIDERICIANA FACVLTATIS  
 PHILOSOPHICAE HACTENVS ADIVNCTO  
 DE S PARTA  
 PROFESSORIS PVBLICI  
 IN ORDINE PHILOSOPHORVM  
 IMPETRATA  
 GRATVLATVR  
 EAQVE OCCASIONE ALTERA VICE  
 DE  
 INVTLI ET SVPERFLVA IMITATIONE  
 IN FORO  
 (uulgo *Juristischen Schlendrian*)  
 PAVCA DISSERIT  
 IOANNES GEORGIVS KOCH  
 I. V. L. ET PRACT, VVVRCENS.

No 2385



IVSTVS HENNINGIVS  
BOEHMERVS  
DE SERVITVTE TRITVRAE FORENSIS.

*Iam olim Romanos trituram forensem pessimae & adstrictissimae subiecisse seruituti, uix quisquam in dubium uocabit, qui rationes eius sollicite intuetur. Carminibus, formulis, uerbis solemnibus, directisciuilibusque, omnia ita oppleta erant, ut iustitia magis ex uerbis eorumque seruili struetura & conceptione dependere uideretur, quam ex ueritate & solidae aequitatis cultura.*



**P**raeterlapsi sunt propemodum XVI. anni, quod certa occasione epistolam gratulatoriam conferberem, ibique *de imitatione in praxi iuridica inutuli atque superflua* quaedam proferrem. Quoniam uero dictae pagellae uix sufficerent, quibus amplissimum hocce argumentum exhaurire potuerim, eo quod nec praesentes id efficiant; ego autem ibi datae occasione alia atque alia deducenda reseruarem: hinc, non obstante inuidia tunc temporis mihi enata, aliqua tamen adhuc dicere, pro uirili & quoad locus praesentesque circumstantiae id permittunt, ausus sum. Nihil dicitur nec scribitur, quod non dictum uel scriptum sit prius: sic clamitant eiusmodi sectatores & imitatores, ex mente HORATII, *seruum pecus*. Quasi quod patres maioresque nostri fecere, idem & nobis non saltem licitum, quin potius legis ad instar sit peragendum. Ita tamen res se habet.

Si libellus formaretur, ante omnia in id erat incumbendum, ut *clausulae salutare* consuetae sub initio & fine adpenderentur sequentes:

*Klaeger bringet zu anbringung seiner klage, iedoch ohne sich, desuper protestando, zu einer ordentlichen klage und ueberfluessigen beeweise anbeischig zu machen, an etc.*

& porro in fine:

*saluo iure uariandi, addendi, minuendi & quocunque.*

Quasi uero caussa plane esset deperdita, nisi his munimentis libellus fuerit circumuallatus; cum tamen ius uariandi, minuendi & sic porro, neutiquam, licet centies imo & maiusculis litteris adponatur, ulterius quam pro re nata Ordinatio Processualis praescripta id indulget, sit permissum. Quin imo haec formulae & uerborum cumulationes adeo multis arrident, ut iis adhibendis finem prorsus imponere nesciant. Eiusmodi exemplum Excellentissimus THOMASIVS in *vernuenffrigen gedanken uber verschiedene rechtsbaendel P. IV. cas. 8.* adducit, de testamento aduocati & doctoris quondam famosi nonnulla differens. Hic, testamentum prius conditum reuocaturus, formulis inter alias usus est his: und weil mir vorbehalten, dieses testament zu wiederruffen, aufzuheben, zu entkraeften, zu cassiren und zu toedten: so cassire, abthue, wiederruffe und toedte ich dasselbe: (cur non etiam: durchsteche, zerhaue und massacrire ich dasselbe?) tunc sane cliens rusticulus, haec legendo uel audiendo, uulgare suum effatum: das ist recht kraefftig gemacht, exclaimaret; eiusmodique inuenta libello illi *Menckeniano: de charlataneria &c.* per adnotationes ad modum MIN-ELLII, merito forent inferenda. Dixit forsitan quispiam, quod, cum *superflua non noceant*, haec minus spernenda, sed retinenda potius sint: ast remitto dicentem ad THOMASIVM supra allegatum P. IV. cas. 8. §. 10. ubi ita: aber die superflua koennen wohl einen menschen, sonderlich vvenn er ein Juriste seyn vwill, prostituiren; respondere solet.

Deuenio ad *interrogatoria*. Haec interdum legens risum continere uix potui, si perspexerim, non solum superflua, sed & ludicra saepe, his adiungi solere. Ad primam classem merito refertur illud:

Ob

*Ob producent zeugen um das gezeugnis angesprochen?*

Haec enim allocutio & interrogatio *producenti* nihil sane praecudicij adferre, nec interroganti poterit conducere. E contrario, prudentiae magis conuenit regulis, ut *producentis* uel ipse, uel per alium, testem perscrutetur: an scientiam de re, & qualem, habeat? quia saepius euenire solet, ut quis hunc uel illum testem listat, spe plenus, fore ut illius testimonium rei eiusque circumstantiis lucem accendat: quum tamen, si *attestata publicantur*, uel plane nihil, uel exiguum quid *deposuerit* testis; interrim tamen *producentis* alios grauiioresque testes inquirere neglexerit. Idem plane sibi uult sequens interrogatio:

*Ob zeuge lieber vvolte, dass klaeger, und nicht beklagter den process gevinne?*

Quid enim nocet, testem uictoriam *actori* uel *reo* adprecari? Alia namque res est, causam uti in & per se est explicare, & scientiam de auditu uel uisu uel intellectu interroganti communicare. Cur enim testis iuramento obstringitur, si fides huic in *terminis habilibus* non esset danda? Obiicis fortean, fidem testis eiusmodi labefactari, si uictoriam actorem reportare mallet. Ast uero, nisi aliae circumstantiae eum reddant suspectum, nudum uorum, sola uoluntas, illud nequiquam perducet ad effectum. Vltimum uero genus quod attinet, quamplurima in *actis* subinde inueniuntur. Ita, in *sachen die erlegung geuiffen saam-korns, vor den Canitzischen gericht*, inter alia haec formabantur interrogatoria testi rustico communicanda:

*Ob zeuge einen ausspruch in dieser sache thun und ein urtheil hierueber faellen koenne? resp.*

*Dazu vvaere er viel zu vvenig, indem kluegere koeffe darueber kommen muesten.*

Tandem:

*Ob zeuge iura studiret haette?*

quaerebatur. Porro in caussa *Elisabeth Vogelins zu Neppervitz contra die gemeinde daselbst*, ius cereuisiam uendendi concernente, sequentia formata esse uidebis interrogatoria:

1) *Ob zeuge sich an das spielen, sauffen und fluchen gewoehnet?*

2) *Ob zeuge sich verheyraethet und sich mit seinem vveibe vwohl vertrage? \**

&, quoniam ambo testes in coelibatu uiuerent, respondebatur:

*Ich habe kein vveib.*

Quaeso, quid commodi aut incommodi, ex eiusmodi interrogatione & responsione, litigantibus imminere poterit? nisi quod iudicium imbecille aduocati sit dignoscendum.

Etiam in articulis probatorialibus saepiuscule risu digna reperimus. Ita in priori caussa adducta quaerebatur:

*Endlich vvhahr, dass beklagter in possessione uel quasi antiqua & momentanea, vwegen leistung des saam-korns zu schuetzen, bis beklagter in petitorio einanders ausgefuehret?*

ubi testis respondebat:

*Das vvueeste er nicht, vvas das vvaere. Er habe nicht mehr gelernet, als eine metze abstreichen.*

Molitor enim illius loci tanquam testis erat productus; hinc etiam, uti supra dixi, pars aduersa per aduocatum: *ob zeuge iura studiret haette?* interrogabat.\*

Si

\* O sancta simplicitas! omifelli homines, qui testimonium e placido atque concordia uxoris & mariti consortio conquirere opus habetis. Sic multum sane uobis obueniet negotii.

\* Dixi in epistola priori, quod eiusmodi seruiles in praxi imitationes subinde



Si quis uero obiiceret, haec taliaque inutilia & superflua olim tantum usu obtinuisse, praesenti tempore uero plane exoleuisse: huic reuertere liceat, quod exempla illa, praesertim quidem ex THOMASII libro, etiam posterius, neuiquam tempora sapiant antiqua, sed recentiora adhuc. Imo omni die uidebis alterius farinae imitationes & formulas. Sic saepius quoad *leuterationem* pertinaciter retinenda est formula:

*in vwillens die leuterung, so vwohl quoad formalia als materialia zu prosequiren.*

Imo cauebis, ne ita circiter:

*und erroveiset ex actis, vvas massen die leuterung ihre richtigkeit habe; hingegen die sache an und vor sich hierauf ankomme, dass folgender gestalt erkannt worden, da doch I) &c. &c.*

uerba noues; alias enim statim tibi illud: *er hat keinen iuristischen silum; es klingt nicht practisch*, acclamabitur.

Praeterea, si *positiones finiantur*, in id sedulo anniti solet practicus formularius, sequentia:

*In uebrigen repetiret beklagter oder klaeger priora, raemet tacendo nichts ein, protestiret contra noua und schliesset zum urthel.*

nequa-

retentae & depictae originem insimul praebuerint rabulismo. Cum enim scribae practicorum talia uiderint, & per aliquot annos edidicerint, successeque temporis praxin forensis ipsi exereuerint, saepius discretio illis defuit; hinc absque data occasione hoc illudue retinuerunt, iisque chartas impleuerunt. Iam uero, auri quoque sacram famem interdum latitare, eamque nec iudicem nec aduocatum abhorreere, uix dubitarem. Nam quia saepius scripta pro quantitate aestimantur, articulorumque & interrogatorum multitudo adprime ad rem facit: fieri hinc inde solet, ut superfluum superflua, imo ridiculosa eueniant, adprobenturque. Cum e contrario iudex nec supra adducta interrogatoria, nec articulos attendere, multo minus

nequaquam omittantur; ne ea negligens, rem acu non tetigisse, accusetur. Sed cuiam usui & haec? si enim *noua* et nouissima adiciantur, haec protestatio tamen neutiquam ea omnia destruere poterit, nisi ipsa iura uel praescripta *ordinatio processualis* id efficiant; & hoc casu omissa etiam protestatione nihilominus *noua* sic dicta aut effectum sortiuntur, aut plane non attenduntur.

Plura hic adduci possent, si uel temporis uel instituti ratio id concederet. TECUM, VIR CLARISSIME, mihi que amicissime, loqui paulisper liceat. TV sane haec, inutilem & superfluum imitationem, cum ILL. BOEHMERO \*\*) hactenus semper fastidians, saniora solidioraque es aggressus. Quare laetus admodum percepi, quod studii TVI ardui & indefessi, cuius ego per multos annos VVurcenae, Altenburgi, Lipsiae, testis fui ocularis, fructus hactenus ceperis felices, & in posterum, impetrata nunc *sparta Professoris publici in ordine philoſophorum*, magis magisque frui TIBI licuerit. Per musas TE certum facio, me tanta animi laetitia exinde effusum fuisse, ut effari uix possim; & cum haec uerae amicitiae natura inditum sit, ut communia bona quaecumque habeant, hoc non solum & mihi euenire, sed adhuc id credas unice peto, me propemodum contra amorem sui ipsius aliquid expertum esse. Vale ac faue, resque TVAS ad Nestoreos usque annos age feliciter. Scribebam Wurcenae d. X. Mai. A. R. S. MDCCXXXVIII.

minus testem examinare de his debuisset. Hinc saluberrime in *Ord. Proc Sax. ad tit. XXII. §. 8.* sancitum: *sondern von richter die unzulässlichen ein officio zu weichen*; sub qua uoce *unzulässiglich*, eiusmodi ridiculosa & ad rem ne quidquam facientia merito continentur.

\*\*) Qui in *cir. diff.* ita eleganter pergit: *quid enim liberalius magis dici potest, quam, duce ratione, qua omnes artes, maxime liberales, constant, philosophari in rebus ad salutem communem hominum pertinentibus se non praecipue adstringere ad aliorum placita seruili modo, sed eadem examinare, liberam animi sui sententiam proferre, non attendere, quid Romae factum fuerit, sed quid fieri debuerit.*



220

№ 2385

K02385


VDA8

ULB Halle 3  
005 713 455



1871  
1872  
1873  
1874  
1875  
1876  
1877  
1878  
1879  
1880  
1881  
1882  
1883  
1884  
1885  
1886  
1887  
1888  
1889  
1890  
1891  
1892  
1893  
1894  
1895  
1896  
1897  
1898  
1899  
1900





B.I.G.

Farbkarte #13

2 46

EPISTOLA GRATVLATORIA  
 QVA  
 VIRO CLARISSIMO  
 IOHANNI IVSTO ISRAELI BEYERO  
 ADVOCATO ELECTORALI SAXONICO  
 ET IN ALMA FRIDERICIANA FACVLTATIS  
 PHILOSOPHICAE HACTENVS ADIVNCTO  
 DE SPARTA  
 PROFESSORIS PVBLICI  
 IN ORDINE PHILOSOPHORVM  
 IMPETRATA'  
 GRATVLATVR  
 EAQVE OCCASIONE ALTERA VICE  
 DE  
 INVITILI ET SVPERFLVA IMITATIONE  
 IN FORO  
 (uulgo *Juristischen Schlandrian*)  
 PAUCA DISSERIT  
 IOANNES GEORGIVS KOCH  
 I. V. L. ET PRACT, VVVRGENS.

No 2385

